



## Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria III. Paschæ. 38. Ex pace omnia bona nascuntur, ideoque eam  
inviolabilem conservare debemus.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

SERMO XXXVIII. IN FERIAM III. PASCHÆ.

Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dicit eis: Pax vobis. Luc. cap. 24.

Utinam omnipotens Deus tibi hodierna luce facundas linguas concederet, quot linguarum acies in noxio humano sanguine hodie verterentur: quando vel a rauco tympano, vel ab acuti belli tuba ad preliandum in aciem evocantur milites; omnes utique appetitum æternas atque miserias, quas ad summum civitatum, rerum publicarum, quod totius mundi exitium atque perniciem pariter solent, omnes mundi angulos pervagans & orbem maledictum bellum; certo mihi futurum persuadens, quod post cordium vestrorum transveberationem oculi vestri si non sanguinis crocenas, saltem amarissimi sicut copiosissimi lachrymas effusuri essent: Nunc autem cum tot mihi tamque facundas linguas promittat non ausim, pro mea præteritorum sæculorum hoc mecum experientia. Brevitatem bellum aliud nihil libandicat, quam quoddam ex doloribus & æternis compoliturum toriturum, sive infelix multorum miseriarum compendium: Hic fructus bellorum est (affirmat Sapiens ille moderatus) in quibus vitam quam etiam victores patiuntur dispendiuntur claudibus, ruinas labefactantur, bellum procligat gratam amatam patriæ requiem, quæ quodam miræ dulcedinis nectare spiritus vitales nutrit & alit, è contra verò delicias in inevitabiles miseras convertit, candida lina, & holoserica vestimenta in ferreos, æneos, atque chalybeos thoraces transmutat, dies sine cibo, noctes sine somno, hyemem sine igne, sine umbra æstatem transigit: quæ in militiam sese recipit, horribiles strepitantem metallorum fragores illius lædunt auditum, densæ nitenti sumi caliginis visum illius obfuscat, nonnunquam intra nitrai pulveris turbas suffocatus remanere cogitur. Hinc copiosè manantis sanguinis torrentes, illinc cadaveribus repleti valles conspiciuntur; aut si nonnemo facti violentiam evadat, mox se ab extremis pestilentia & famis exterminis obsestum esse conspicit, cum certissimum sit quod quisquis in militiam se

recipit, in evidentem mortem idemmet concedat. Scio equidem pauculos quosdam è belli stragibus ad domos paternas fortuna tali, quali auctos reverti, illam tamen non sine sanguine & vitæ periculo sibi pepererunt, nec sine lachrymarum effusione à suis recipiuntur; Unde Clemens Alexandrinus lib. 3. prædag. c. 2. ait: *Petiora pulsantur planctibus & luctus terram possidet.* Bellum denique fatalis quidam est cometa, qui cuilibet hominum generi funestas comminatur ruinas; est vas Pandoræ, de quo Hesiodus scribit, dicens: *Est, per quam omnis generis mala humano generi in pixide importata fuere.* Petr. Crit. Novit utique urbs & orbis Roma, quisnam nit. l. 12. ejus Cæsaris & Pompeji tempore, status & conditio fuerit, de qua Tullius loquens ait: *Quæ domus tam stabilis, quæ tam firma civitas est, quæ non odium neque dissidium funditus evertit?* Propter bellum Lysandri urbs Atheniensis facta est triginta tyrannorum mancipium. Lucius Silla præcipuas Italiæ urbes in sanguine natare fecit: *Vniversas Italiæ partes civilis sanguinis fluminibus inundavit.* Porro imminentes infelici Esau ærummæ à seniculo Isaac parte suo hisce ei vocibus prognosticata fuerunt: *Vives in gladio.* Gen. 27. Nunquid Matres in Metropoli Soræ obfisionis tempore vitam suam propriorum filiorum suorum carnibus sustentare fuere coactæ: h. 9. c. 2. Prudenter proinde antiqui fecere Hetrusci, qui dum cunctis Diis aliquod intra civitatem templum erexissent, solum Martis delubrum intra mœnia non admiserunt, sed extra civitatem voluerunt esse extructum. Athenienses quoque nullâ in re suam adeo probaverunt prudentiam, quam quando Alcibiadem bellorum contra Romanos conservatorem & fomitem à patria sua voluerunt esse extorrem. Demum apud eodem Romanos Fabius & Valerius Maximi sibi titulum compararunt, eo quod discordiarum ardores bellorumque civilium incendia opportune sciebant compescere. Unde nunquam illum Plalmi versiculum lego quo David ait: *Disipa-*

Aaaa Dissipa-

Handwritten notes in red ink on the right page, including the word "dicat" and other illegible characters.



*Dispergites, quæ bella volunt, quin ejuldem Regii Davidis labris benedicam, Deumque ad preces illas exaudiendas curæ exorem. Quapropter, Auditores charissimi, quod si tot tantaque veritate velius miserari agmina, infernalem hanc imaledicti belli Megaram procul à finibus vestris arceat: pacis potius amatores estote, si ad cunctorum bonorum fructum aspirare velit. Nam ut Aug. de Civ. Dei ap. D. Bern. Sen. de bono pacis ser. 9. art. 1. optime ait: *T- le donum est bonum pacis, ut in rebus creatis nihil gratiosius soleat audiri, nihil delectabilius concupisci, nihil utilius possideri.* Ad hanc igitur pacem vos exhortor quæ a Cassiodoro *Animorum ordinata tranquillitas*, & à S. Gregorio *vestigium pacis æterna* appellatur. Hanc inquam pacem hodierna luce cordibus vestris imptimere desidero, quam Salvator noster suis hodie attulit discipulis. Nūquid enim ò Roma audis Evangelistam dicentem: *Sceit Iesus in medio discipulorum. Et dixit eis: Pax vobis!* Et quidem ut ad eandem præis animis recipiendam intractamq; & inviolabilem inter vos conservandam inclinemini, præfati sermone bona, quæ pax secum ferre solet, prolixius exponere decrevi, ut vel inde intelligatis, & per bonam consequentiam, quam illa vobis futura sit utilis, deducere possitis. Et quid cum pax juxta Bernardinum Senensem intimo sit foedere juncta cum silentio: *Pax est summum silentium*, conabimini & vos dum præfati discursui assilistis pacem indissolubili quoque nodo cum silentio conjungere.*

Greg. de cura past. p. 3 ad. mon. 23.

Bern. Sen. l. 3 serm. 1. de perf. bent. Ewang. c. 2.

Pind. in Pythia.

Cicero.

Aug. l. de verb. Dei.

2. Scriptores sacri cœlestis hujus Dææ, Pacis nimirum, quæ à Pindaro Justitiæ filia appellatur, multas assignant definitiones, è quibus, quantam ipsa mundo utilitatem conciliet, facile deducere licet. Ex mente namque Tullii, quisquis in pace vivit, prospera & tranquilla gaudet & fruitur libertate. *Pax enim est tranquilla libertas.* Chrysostomus quoque eam vult esse omnibus humano corde desiderabilis gaudii & exultationis originem: *Pax omnis gaudii est materia.* S. Bernardinus Senens. (c. 3. de bono pacis ser. 8. c. 1.) eandem boni honesti titulo decorat, quia *Est debitus & incontenturatus ordo natura, & modus exactus necessarius in moribus exquisitus.* Quibus S. Augustinus præclara hæc verba subjungit, dum ait: *Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, vinculum amoris, consortium charitatis.* Hæc est quæ simulatas tollit rixas, composit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placida, vesit extolli. Optime quoque huic proposito convenit, quod elegantissime in

hanc rem Poeta quidam modernus cecinit, *Pace nihil melius, nil Pace salubrius orbi Terrarum, cœli qui regit astra, dehis, Pace Dei cultus, legumque verens potestas, Et sacra Musarum gloria pace viget, Pace frequens affert Hymanæ gaudia sponsæ, Educat & castus pigra casta thorus, Pace suas mercator opes, sua cura colonus, Possidet, absque metu carpit & possidet, Tunc resonant Citharæ: tunc salubris æta juvenum, Ad numerum cœtu ducit orante choros.* Merito igitur Flavius Marcianus Imperator non solum ob usurpationem in gubernando præcedentium famulos, verum etiam à scriptoribus, tanquam Pacis amator & conservator celebratus dicebatur, *Imperatori arma non esse induenda, dicitur in pace esse possit.* Pax namque summum maximumque bonum est, quo civitas, Respublica, quicquid gnium aliquid frui possit. Optime idem Romanæ faciendæ patens agnovit, quando pacem prædicando ita scribit: *Hæc (nimirum est) inamabilis illa & perhumana Dæa, quæ in plus, flosta, cognatos, liberos, amicos, divitibus, suavitatem, annonam, vinum, omneque voluptatem præparat hominibus) uti refert Cicero de leg. Agr. ad P. con. Rullum. Num forte vos, ò Auditores, hæc quod de famoso Chinesis Regno plures referunt Historici? De illo namque scribitur, quod insitus sui vastitate & magnitudine adæquet, ita potius superet universam Europam; sub leatæque quindecim vastas continet Provincias, in quibus ducentæ quadraginta septem sunt civitates majores, minores autem mille centum & quinquaginta dææ; personarum vero numerus tantus est, ut quod ab illis penditur tributum ad quinquaginta octo ascendat millesies, præter feminas, pueros, milites, & officarios regni, hæcque regni illius propagatio & magnificientia ex unica & sola perpetua in eo regno. Hæc cœcitate & urgente Pace. Veteres quoque Pacem in vuginis ejuldam effigie aut similitudine exprimere solebant, dextera manu sua concurrebant tenentis; sub hæc namque figurâ Julis Cæsar illam in in monetis suis imprimi curavit, ut per hoc pacem omnium bonorum copiam fecerit adferre inueneret. Vespasianus eandem per dææ manus conjunctas, à quibus quidam spicuum manipulus pendulus erat, repræsentavit, per figuram hæc inferre forsitan volens, à pace omnium bonorum nasci abundantiam. Eadem quoque Pax à quibusdam non incongruè bellatæ adnotatur, ut pote quæ ad integræ ejuldam civitatis*



ritamen atque defensionem armata semper con-

stitit. Unce Agestilus Lacedaemoniorum Rex... Verum enim vero ad Scripturas propius accedamus. Omnis igitur notum est, quanto Deus gratiam Hebraeam amore fuerit profecutus, percipere vero quot quantisque eam quotidie honorarent favoribus, variisque benevolentiae praece demonstracionibus, quando nunc in eorumdem sacrificia ignem coelitus demisit, nunc delectissimo Manna eosdem in deserto pavit, mox securum eis per mare rubrum transitum indicit, alias in eorum commodum a que obsequium dulcissimas e petra sinu aquas elicit, mox vingan. illis consignavit, quae patris a se prodigis universam in stuporem ageret Aegyptum, nunc in obvius casibus consilium daturus, aut consolaturus in occurrentibus adversitatibus peroraliter et apparendo, nunc praeclaras illis adversus inimicos suos concedendo victorias, aut et dura Pharaonis servitute eosdem eripiendos, Deoque efficiendo, ut per horridas ignotasque regiones traulescentes de die per nubem, de nocte vero per lucidam ignis columnam ducatum infallibilem acciperent, aliusque efficierentur millena gratiarum donis, passim in sacra Scriptura variis locis recessit. Inter caeteras vero gratiarum praerogativas, ea mihi videtur fuisse praerogativa Deum in Exodo ei exhibuit, ut quolibet anno tria vice ab universo populo ad suam gratiam & incretae excellentiae majorem gloriam & honorem festum quoddam celebraretur Solemne: Tribus vicibus per singulos annos mihi festum celebrabitur. Exod. 23. Id quod de novo iterum in Deuteronomio hisce verbis ratificatum fuit: Tribus vicibus per annos apparebit masculum tuum in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit in plenitudine aeternorum, in solemnitate hebdomadarum, & in solemnitate tabernaculorum; Deut. 16. Eo vero tempore, quo dictorum festorum ageretur a qualis solemnitas, Deus omnibus ut ad eandem concurrerent sensu mandavit: Porro Joannes Hebraeus, Theodoretus & Philo hujusce ceremoniae rationem inquirentes, tandem concludunt, Deum ad praerogativam istud coadunatum, nullam fuisse aliam rationem permotum, quam ut omnes ad illam solemnitatem confluentes, si curam adhiberent corporibus, ita quoque voluntatibus; animorumque consensione & nexu, congregerentur, adeoque si forsitan aliquando inter eos

simultas oborta esset, aboleretur, ita ut in pristinam redeuntes amicitiam perfectam inter se stabilirent pacem, hacque ratione omnibus illis fruerentur bonis, quorum illa bajula esse solebat: Conveniunt in civitatem, in qua templum constituitur, ter in anno (inquit Josephus Hebraeus l. 4. Antiq. c. 6.) sed quo putas sine id faciunt? Vi convenientes ad invicem, & epulantes amici sunt; & ut aspectu, & loquela memoriam sui semper obtineant. 4. Hinc igitur in facilem devenire cogitationem possumus, cur, quod in multis scripturae locis manifeste exprimitur, olim omnes difficultates & lites occurrentes in portis civitatis deciderentur & terminari consueverint. Id namque clare liquet ex Genesi, Deuteronomio, & libro Ruth; quod etiam Nicetas observasse videtur, dum ait: Mores veterum fuit, ut seniores in porta consisterent, & causas introventium judicarent. Quis enim hic non dicat, quanam est haec tam peregrina atque extravaganza consuetudo? Apud nos enim hic mos inolevit, quod forum judiciale, ut cuiusvis hominum generi commodior esset loco situatum, in ipsius urbis erigatur medullio. Verutamen summa id cum prudentia olim fieri consueverat. Sciebant enim quod quocumque discordiae & lites ingreduntur, ibi mox omnia malorum genera enasci & prodire soleant, atque ideo seniores & iudices in portis subsistebant, quasi permittere nolentes, ut heuigiosi viri in ipsa sese urbis viscera insinuant, sed potius foris, & quoad fieri poterat remotissime ab urbibus remaneant. Sic enim urbis umbilicum & centrum in flore perfectae pacis conservando securos se esse credebant, qui omnium bonorum tam corporalium quam spiritualium fructus percipere & comparate possent. Optimè igitur Nicetas ubi supra dicebat, quod olim seniores in porta consistentes causas introventium judicarent, ut civitatis populus esset pacificus, in quam discordes ingredi non possint. Probe namque sciebat, quod quisquis in pace vitam agit, omnium desiderabilium bonorum se possessorem constituat. Ut veritatem hanc tanto perspicacius intelligatis, revocetis obsecro in memoriam ea, quae de aetate aurea vos saepius intellexisse existimo. Haec namque aetas tempus quoddam subinferebat, in quo una cum vita tranquillam inundabat abundantia pacis. Illo namque tempore homines sine ulla alicujus quietem ipsorum turbare valentis mali suspicione placide dormiebant. Mensis convivae acumbabant, suarumque epularum lautitiam alicuique veneni amaritudine contaminandam esse

Gen. 14.  
Num. 10.  
Deut. 21.  
Ruth. 4.

Nicetas in  
in c. 29.  
Iob. n. 17.

Nicot. ubi  
supra.

Handwritten notes in the right margin, including the word "dicant" and other illegible scribbles.



esse nequicquam formidabant. Viator è longin-  
 quis regionibus ad patriam nondum in auro gem-  
 misque onustus revertens, gloriabatur suas a rap-  
 aci infatigabili latronis manu illas atque in-  
 cetas remanuisse pecunias. In florida camporum  
 planitie autem exultans ludibant, nunc vero a  
 manas carpentes herbulas sese pascabant manu-  
 facti ovium greges, omni canis custodia destitu-  
 ti, cujus alias fidelitati omnem viam suam spem  
 confidere solebant: Pastor quoque gregis illius ab  
 omni cura solutus ad spondam torrentis cuiusdam  
 fedens, dulci Lyappii aut fistulae suae modulo  
 tempus satlebat. Quilibet intempta quoque no-  
 cte itineris peragens viator, aurum suum per vias  
 non minus securè deferebat, quam si illud domi  
 suae in scrinio mille seris communito haberet re-  
 conditum. Agri per hostilium copiarum velita-  
 tiones & excursus nunquam turbabantur, per  
 crudeles bellici furoris strages non desolabantur  
 vineae: arbores quoque feroces hostilis ferri nun-  
 quam experiebantur ictus; milites ad temperan-  
 dos hyberno tempore gelidi Aquilonis rigores,  
 nunquam ad excitandum ignem arborum fron-  
 dibus à trunco rescindendis insidiabantur. Nul-  
 lum reperiebatur adeo temerarium ferrum quod  
 humana penetrare viscera, vel ad sanguinem aditum  
 sibi aperiens & per tortuosas inde semitas  
 egrediens, spiritus & vitam secum extrahere præ-  
 sumeret. Nondum ignis sese è concavis metallis  
 exonerando per ejectos inde ponderosos globos  
 superba demoliri aedificia didicerat, Flammæ  
 quantum vis vehementes atque voraces ad lique-  
 faciendam metalla, integrasque civitates incineran-  
 das furibundum ausum suum nondum exerue-  
 rant: ô tempora! ô mores! ô ætatem multis pro-  
 fundis è corde ductis suspiriis desideratam! Ætas  
 autem prædicta omnibus hiis bonis securè con-  
 stantetque fruebatur, quia omnia à se procul eli-  
 maverat Matialis furoris consilia, seu potius quia  
 nullam adhuc in mundo natum erat bellum, sed  
 potius illius loco pax deliciabatur in mundo:  
*Dum bellicus furor* (inquit S. Bernardinus Se-  
 neo) *non impedit naturæ processum, commendantur*  
*semina terris, & ad segetem maturam deveniunt,*  
*& messem florent vineæ, arbores fructibus*  
*educunt: Tunc dormitur in aedibus, & in arvis se-  
 curè itineratur, in via latro non timeatur insiliens.*  
 3. Solent Scriptores facti nonnullas circa Evæ  
 formationem excitare difficultates; Quarum prima  
 hoc tangit quod scilicet Deus nosset illam ex  
 quadam Adæ costâ formati: *Tulit unam de costis*  
*ejus, & edificavit in mulierem:* Nunquid enim

Divina omnipotentia illam ex nihilo, vel ex  
 dem terrâ è qua vitum formatas, produceret po-  
 terat? Forè id fecit ne ipsa urpotè adeo nobilitate  
 pulchra, sua in ex principis adeo vili materia  
 qualis terra est, originem trahere dedignaretur,  
 et ubi ferebat? Hoc tamen minime subsistit, scem  
 vit contentus erat, ut ex tam vili materia pla-  
 maretur, contenta quoque esse desinisset & mu-  
 lier. Atque ideo Archiepiscopus Moguntinus  
 Rabanus Maurus, ita respondet: *Quid mirum est*  
*virum latere facta esse propter ipsius consuetudinem*  
*commendandam.* Secunda vero difficultas hoc  
 respicit, quod scilicet Deus Adamum primo postu-  
 do esse in opore sepultum, ac tum demum ex ipsius  
 sic dormientis latere costâ tollere voluisset: *Com-*  
*que obdormisset, tulit unam de costis ejus.* Quibus  
 non desideret scire causam ob quam Deus  
 num hunc Adami oculis immiserit? Forè si ex-  
 pertectus & vigil fuisset, divina voluntate fuisset  
 relicto? Non est hoc credibile: *Quid quærit*  
*dormisse Adam* (interrogat idemmet scriptor) *ut*  
*costam illi Deus, de qua formam faceret, tulit,*  
*quis est vigilanti nec non identidem facere parum.*  
 Porò ambæ hæc adductæ difficultates ad vitum  
 prorsus eundemque scopum collimant, ac proinde  
 de una pariter eademque resolutione resolvit  
 facile poterunt. Formavit igitur Deus Evam de co-  
 sta Adami, quia volebat ut Adam illam velut  
 ipsius partem semper diligeret: ipsa quoque sicut  
 quadam Adami costâ esse suam recepisse reco-  
 gnoscens, reciproco eum prosequeretur affectu  
 adeo ut inter ipsos ex amborum animabus par-  
 quædam hæretetur imperturbabilis: Dicit quo-  
 que posset Deum id fecisse, ne inter illos ex in-  
 utriusque parte aliqua hæretetur præcedentia,  
 dum nimirum vel mulier se viro nobiliorum esse  
 prætenderet, aut vit se muliere potiorum digno-  
 remque esse jactaret; hoc enim modo subno-  
 ter maritum & uxorem suscitatum fuisset bellum.  
 Ne igitur mulier aliquem supra vitum moliretur  
 majoratum, aut vit præ muliere præminetur  
 quæretet, Deus vitum ex terra, mulierem vero  
 ex costâ quæ suam quoque ex terra originem  
 accepit, formatam esse voluit, ut sic sedatis utriusque  
 alias emergentibus controversiis, pacem inter eos  
 perpetuam stabiliret. Et ob eandem rationem  
 Deus pariter in Adamum soporem immittens  
 decevit; si enim Adam expectatus vigilasset,  
 aliquem utriusque ex vulsione costæ dolorem sus-  
 ciperet, cujus deinceps aliquando memor factus  
 dignatione & cholera erga illam commovetur  
 potuisset; ortumque hæc ratione novum fuisset  
 bellum.

D. Bern.  
 Sen. l. 3.  
 de bono  
 pacis art.  
 2. cap. 1.  
 Genes. 2.



bellum; cui Deus suscitando omnem adimere  
voluit occasionem ideoque. *Cum obdormisset, tu-*  
*li nam de coelis ejus: Ne Adam sentiendo dolorem*  
*ita exponit Chrysostomus, mulieri ex se forma-*  
*ta, postea dolorem memor insensibilis fuerit. Quasi dice-*  
*ret, Deus hanc omnia eo duntaxat: sine facit, ut in*  
*pace deinceps vivatis, ac demum e pace inter vos*  
*omnia celi terraeque bona proveniant, veltra-*  
*que utilitati cedant.*

6. Ergone, inquis, ex pace omnia bona scatu-  
runt? Quid? Tunc hanc de re dubitare audes, ex  
Evangelio hodierno manifeste elicitur. Ingressus  
Jesus in caenaculum *jamis clausis* audit discipu-  
los inter se contendentis, dum unus gloriosam  
eius resurrectionem affirmat, alii vero negat; Pe-  
trus & Joannes prope sepulchrum se fuisse, nec  
tamen Jesum invenisse asserunt: Thomas autem  
idem id se nequaquam credere posse ait vel ex-  
presse dicebat: *Nisi videro non credam*. Dei Filius  
autem qui contentiones eorum volebat compo-  
nere, vulnere sua eis comminans, verum se  
evangelium Magistram esse declarabat, quasi di-  
ceret: Cesset inter vos, o praedilecti discipuli,  
contentio, inquam, controversia, ex hisce humani-  
tatis meae crucentis cicatricibus me recognoscite.

Pacificos vos volo o filii charissimi, non veto  
linguosos, atque ideo pacem vobis adfero, ad pa-  
cem vos hortor, *Pax vobis, Pax vobis*. Dicit for-  
tasse aliquis, Ergone possibile est quod Filius A-  
postolicus suis nihil aliud praeterquam pacem an-  
nuntiet? cur non potius illis felicitatem terrenam  
et caelestem promittit beatitudinem? Attenti-  
dote o Audientes jam jam enim latens hic vo-  
luntas refero mysterium. Mox ut totius hujus u-  
niversi Redemptor in hunc mundum est natus,

Angeli turbarum de caelo descendentes, harmo-  
nias suavisque vocibus suis Deum glorifica-  
bant omnipotentem, quod mortalitatis nostrae  
paludamento vestiti, mundanaeque miseriae in  
Paradisi felicitates commutare dignos fuisset:  
*Gloria in altissimi Deo*: Postea vero ad terram  
sese converteat perfectam quandam homini-  
bus augerantur & promittebant pacem: *Et*  
*in terra pax hominibus bona voluntatis*. Ergone  
inquit ex Angelorum ad nos instituta legatio-  
ne, & ab ipsomet Deo incarnato terra aliud ni-  
hil expectare habebit, quam pacem? Cur  
non potius hi caelitus in terram destinati nuntii  
Deum in terram advenisse nuntiant: aut terram  
commutandam esse in Paradisum dicunt? aut  
Deum qui antea vocabatur *Deus exercituum*,  
vel *Deus terribilis & formidabilis*, nunc factum

esse infantem benignum, pium, atque manfue-  
tum? aut nunquid fortunatus nobis attulissent  
nuntium, majusque in nobis causassent gau-  
dium, si nobis Deum eo sine in hunc mundum  
advenisse nuntiasent, ut nos caelestibus locu-  
pletaret gratiarum suarum thesauris, aut e dura  
Sathanae servitute redimeret, vel denique in  
beatam nos Paradyfi patriam perduceret? *Et in Franc.*  
*terra pax: Cur non divitiis, honor, gaudium, gra-*  
*Lab. in*  
*tia, reconciliatio, redemptio?* Nequaquam ita sic-  
ti debebat, sed potius horum omnium loco so-  
lam pacem annunciari conveniebat; Eo ipso  
namque quo pacem adfererat, omne nobis bo-  
num attulisse censeri poterat, siquidem in so-  
lus pacis nomine omnia bonorum genera velu-  
ti in brevi compendio repetiebantur conjuncta:  
*Quia sub nomine pacis haec omnia comprehendun-*  
*tur. Tanta enim res est pax, ut nomine suo omnia*  
*bona conjungat, nimirum & divitias & gloriam,*  
*& honorem, & gaudium, & gratiam, & reconcil-*  
*iationem & redemptionem. Fortunati itaque*  
*fuere discipuli, qui a lui amantissimo Magistro*  
*solam pacem recipientes, corda sua omnibus in-*  
*venierunt caelestibus bonis referta & cumulata.*

*Pax vobis, Et quid amplius? Qui pacem dedit, in-*  
*quit glolla) uno verbo omnia bona dedit.*

7. Ingeniose admodum Fernandus observat,  
quod quotiescunque alicui in exteris peregrinaf-  
que nationes abeundum est, ab iis quos domi de-  
terit, ea semper servetur consuetudo solemnitas,  
ut abeunt honorarium praesent aliquosque  
comitatum, cum auguris pacis. Ita enim Abrahae  
dictum fuit: *Ibis ad patres tuos in pace*. Idem quo-  
que Abimelech & Ochozath Isaac dixerunt: *Te*  
*cum pace dimissimus auctum benedictione Domini.*  
Moyses in Aegyptum abiturientem Jetho quo-  
que optima pacis imprecatione est profectus di-  
cens: *vade in pace*; Id quod in millenis quoque  
aliis locis invenietis. Pro cuius intelligentia ad-  
vertendum est, Pacem in Hebraeo per hanc vo-  
cem *Schalom*, id est, salutare, exprimi, haud secus  
ac si Pax & salus synonyma essent. Hanc d.  
Joann. Chrysostomus quotiescunque hanc ver-  
ba: *Profecti sunt in pace*, in scriptura sacra invenit,  
eorum loco legit: *Abierunt cum salute*. Quisquis  
enim pacem secum habet, quoddam adversus  
omnia mala antidotum efficacissimum secum de-  
fert, securusque esse potest, nullum ei obventu-  
rum esse casum finistram, cunctaque ejus consi-  
lia atque conatus felicissimos sortituros exitus:

*salvus namque ibit & redibit, nec non cum Phi-*  
*losopho illo dicere poterit: Omnia bona mea mecum*  
*porto.*

*Franc. Lab. in appar. cont. ver. pax pun-cto s.*

*Gloss. ibid.*

*Genes. 17.*

*Genes. 26.*

*Exod. 4.*

*Tertul. l. 5. con. Marcion. c. 5.*

*Fernand. in c. 26. Gen. scilicet 4.*

Handwritten notes in the right margin, including the word "dicat" and some numbers.



portio. Nam ut Firmianus ait: *Bona quidem omnia hominibus provenire solent ex abundantia pacis.*

8. Et quidem tametsi hæc ita se habeant, illi tamen S. Joannis Chrysol. expositioni qua loco illorum verborum: *Profecti sunt in pace legisti abierunt cum salute*, non nihil immotetur. Neque enim mihi persuadeo magnum hunc Ecclesie Doctorem de sola loqui corporali salute, verum etiam de spirituali; adeo ut dicere velit, quod quisquis verus est pacis amator, salutis animæ suæ securum se possessorem esse credere, seque prædestinatorum seu electorum Dei numero annu-merare possit; Id quod ex quodam è Baruch Propheta d. sumpto scripturæ loco ab opposito facit colligi potest, qui de domo Dei, cælo nimirum vel superna Hierusalem, in qua Beati sine fine immensa perficiuntur beatitudine, loquens, postea vero de antiquis Gigantibus qui in ipso mundi exordio exorbitantis stature reperiebantur, mentionem faciens dicit: Deum Optimum Maximum minime sibi in illis complacuisse, ut eos eligeret, ideoque petiisse: *Non hos elegit Dominus, propterea perierunt.* Nullam quidem mihi dubium est, quin veram sit, ideo gigantes illos petiisse, quia scilicet Deus eos non elegit: sed in hoc solum mea consistit difficultas, quod causam penetrare nesciam, cur Deus illos electorum suorum numero adscribere, aut in cælos admittere noluerit, cum certum sit, quod quantum est de se vult omnes homines salvos fieri. Num forte Deus eos adeo temerarios futuros esse credidit, ut antiquæ stultitiæ suæ vestigiis insistentes, novam denuo in cælestium adificare contenderent, prouti alias casto licet & irrito conatu fecerant? S. Ambrosius hujus causam exercitio & naturali Gigantum proprietati adscribit, quæ videlicet, uti ex sacro Textu deducitur, in hoc consistebat, quod nimirum viri fuerint armigeri, pacis persecutores, atque ad contestanda bella valde propensi: *Gigantes ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum.* Quod si enim fuissent scientes pacem, His elegisset Dominus, Audite ipsissima sancti Ecclesie Doctotis verba: *Et merito non elegit, quia prælium non pacem sciabant.* Quid igitur futurum de illo erit, qui est sciens pacem & non bellum, is utique in optima consequentia de electorum & Prædestinatorum numero erit. De qua consequentia tanto minus ambigo, cum S. Ambrosius id ipsum confirmet subiungendo: *Et ideo tu Pacem discas, ut eligaris à Deo.* Nam autem modicum tibi bonum esse videtur, de qua te certum esse salute, teque certo ac

infallibili futuræ tuæ ad gloriam prædestinationis signo insignitum esse. Quid enim ultra poteris desiderare?

9. Ehem quantum universus mundus hactenus clypea Pacis Deæ cæcæsi debet obligatus! Eorum illam maximorum bonorum bajillam esse nos perspicacius cognoſcere, ac proinde ad sequenti scripturæ accuratem ponderationem attentius vos esse cupio. Verum igitur quidem est S. Joannem Evangelistam hanc solam adferre causam cur milites Crucifixores in Calvaria monte Crucifixi filii Dei crura non fregerint, qui nimirum eum invenere mortuum: *Cum vidissent non iam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum lancea latius ejus aperuit, & exivit sanguis & aqua.* Veruntamen mihi æquum est, ut per Aulemi doctrinam mysterium illud quod præsentis proposito nostro accommodatum curiosius nonnulli investigemus. Dicit igitur Sanctus hic Doctor: *Qua hora sanguis & aqua de latere Domini exiit de latere Domini.* Quid sequitur? Audite stupendum quod quidam nec unquam hæcenus audierunt Paradoxum: *Tunc passus hominibus introitus in regnum cælorum, q. d. Tunc apertum nobis est cœlum, tunc declarati sumus regni cælestis hæredes, tunc in Paradyso admissi sumus ad Angelorum consortium;* Tunc scilicet, quando *Exiit sanguis de latere Domini.* Cur obsecro non citius vel citius Audite S. Aulemum, quia in illa hora *Pacificata sunt cælestia & terrestria.* Ac proinde Apostolus ad Colossenses scribens dicit: *Pacificatus per sanguinem crucis ejus, sive qua in cælis sunt, sive qua in terris sunt.* Quibus verbis patet nobis demonstratum, quod quoad usque bellum prævaluit, cœlum semper oclusum fuerit: Pace autem stabilita, quando *Pacificata sunt cælestia & terrestria, tunc patuit hominibus introitus in regnum cælorum.* Solum namque paci in acceptis referre deoimus tantum beneficium.

10. Sapientissimus Salomon una ex parte oculis Prophetico prævidens martyria, sanguinis effusionem, mortemque crudelissimam, quam servi Dei Catholice fidei confessione passuri erant: ex altera vero conceptam illam considerans, quem stolidi gens insiditulum præsens tantum hujus vitæ tempus considerans, meatis vero oculum ad futuræ vitæ æternitatem minime reflectens, illi formabat, dicit: *Visti sunt oculi insipientium mortem, & contorquenti videantes, sanilium sibi de vita*

Baruch. c. 4.

S. Ambr. lib. 1. de Cain & Abel. c. 5.



formabat iudicium. At vero quidam in ipsa  
re veritate huic martyribus eveniebat: Nunquid  
videtur illi autem sunt in pace.

11. Quid autem huic verbis inferre Sapient  
voluit? Num forte quod ex parte ipsorum fuit  
sua pacia, terminata bella, usdem à carnificibus  
atq; Tyrannis tentata? Item certum quidem  
est idiplum veritati summè consentaneum esse,  
atq; ineluctum sapientum Rex auctius & am  
plius aliquid huic verbis mihi dicere voluisse vi  
detur, quod breviter declarabo. Expressus nam  
que & clarioribus verbis insinuare volebat. Mar  
tyres illos, non esse mortuos, prouti stulti illi cre  
debant, sed in superna caelesti gloria & beatitudi  
ne Paradysi pereniter vivere. Nuac igitur hic  
Modestus quidam scriptor subingrediens se  
quentem movet difficultatem dicens: *Quid  
nunc innumera bona illorū dicere potuisset. Exem  
pli causa: Illi sunt in aeterna vita, in laetitia sempit  
erna, facie ad faciem Deum semper vident; Cur  
huic tantum expressit: Illi autem sunt in pace? Pul  
cherrimam adire responsionem, vete dignam  
que autis characteribus describatur, audite in  
quam eandem & diligenter observate: Quia qui  
dam tantum bonum est pax, ut periphrasis esse va  
let omnium ea scriptum bonorum. Unde manifestè  
deducitur, Pacem omnia in se bona totius Para  
dysi complecti, adeo ut idem Pax significet, quod  
aeterna gloria, & beatitudo Paradisi.*

12. Id quod expresse quoque ex facis à sancta  
Ecclēsia institutus Cæremonis deduci  
posse videtur. Quando enim celebrantur exe  
quie, & funeralia solemnia pro defunctis nostris,  
terminata totius devotionis conclusio huic verbis  
annunciari solet à sacerdote, dum ait: *Requiescant  
in pace.* Scio equidem Ecclēsiam hoc loquendi  
modo nihil aliud desiderare, aut intendere, quam  
ut animæ tales collocentur in parte gloriæ, qua  
beati fruuntur in Paradiso, respectu namque in  
teritōnis nostræ, & conformiter ad desiderium  
nostrum, idem est dicere: *Fidelium animæ per mi  
sericordiam Dei requiescant in pace,* ac si alius di  
ceret: *fruuntur gloria Paradisi.* Pax enim, Glo  
ria, Paradisi, Beatitudo sunt termini converti  
biles, ut ait Logicus, unam eandemque beauti  
tudinem significantes.

13. Animvero exinde lumen aliquod ad se  
quentem scripturæ passum facilius intelligen  
dum mihi subministrari videtur. Perfidus ac  
venenosus ille cerastes Judas, copiosâ qua  
dam militum turmâ stipatus, inter densas  
inemptæ noctis tenebras ad hortum pro

cedit Gethsemani, Magistrum suum ibidem tra  
diturus. O delictum summe detestandum & ex  
ecrandum, quale mundus nunquam ante vel post  
eam commisit aut committeret. Ut autem impie  
tas ejus suo non frustraretur fine, vigiles & atten  
tos delicti sui socios esse, omnemque ab animis  
suis timorem atque formidinem excludere hor  
tatur, siquidem magister ejus nullos alios in sui  
defensionem secum habeat, præterquam undeci  
m discalceatos, inertes, atque pusillanimes di  
scipulos. Hisque dictis ipse, primus animo inter  
pido quosvis alios præcedens hoc eis signum de  
dit: *Quemcumque osculatus fuerit ipse est, tene*

*Matt. 26.*

*eum.* Dumque Dei filius tertia vice ab oratio  
ne confurgens, ad discipulos suos reditum pa  
ratur, ecce Judas se prodit, eique appropinquat,  
amplexatur eum, eumque exosculans apprehendit,  
cum antea suggestum signum dedit mil  
litibus. *Et osculatus est eum.* Mira profectò mi  
hires esse videtur, o Auditores, quod Judas of  
culo quodam, quod signum & symbolum est  
pæcis ut scribit Durandus, dum ait: *Homi  
nes osculum, id est, pæcis signum sibi invicem in rat.*

*Durandus*

*dant; uti non vereretur veluti cœcanti cu  
jaldam funestique belli instrumento. Adhæc,  
quænam Judam coegit necessitas ut ad Do  
minum suum perfide tradendum, dolose hoc  
uteretur osculo? Si non casè saltem caudè, in  
quit S. Pater meus Augustinus. Favebant den  
sæ noctis tenebræ, in quibus occultus & abditus  
remanere poterat, adeo ut non opus esset Ma  
gistro vel discipulis ejus se manifestare; & ne  
turba in apprehendendo Christo aberraret, suffi  
ciebat, si illum vel manu vel digito turbis indi  
casset, vel in super voce alta clamasset: *Ecce eum!**

*Dir. Offic.*

*lib. 4. c. 33.*

*num. 4.*

*S. August.*

Nunquid videris illum? Is est qui erectus stat  
corpore, ite, festinate, apprehendite, ligate, re  
nere &c. aut si adigente rabie, omninò ipsi de  
cretum hætoris exequi officium, amplecten  
do, & tenendo ac stringendo, quo sine eadem  
osculum impressit? *Et osculatus est eum.* Existi  
mo omninò hoc Christo à Juda impressum of  
culum à voluntate Domini potius, quam à  
Judæ intentione processisse; auscultate rati  
onem. Multorum scriptorum constans est opi  
nio, Christum in conaculo Judæ pedes lavif  
se, ac demum osculatum fuisse, prouti cæteris  
quoque fecerat Apostolis; sic enim videmus  
Episcopum quoque dum in septimana sancta  
Christi personam repræsentans ad ejus imita  
tionem, duodecim selectis personis pedes la  
vat, eosdem quoque protinus osculari. Arque  
ideo

Handwritten notes in red ink on the right page, including the words "TIT" and "dicat" and the number "26".



ideo filius DEI, qui in ultima Coena osculum pacis signum Judae pedibus infixerat, voluit ut idem Judas in horto Gethsemani accepti a Christo osculi faceret restitutionem: Testatur idipsum S. Paulinus, dum ait: *Osculum non ideo accepit, ut pacem proditoris acciperet, sed ut suam ab alieno (id est, à Judae) reciperet.* Idque DEI filium non alio fine à Juda exiguille existimo, quam quia impium illum traditorem impoentem moriturum, ac proinde damnandum esse praeviderat, cui proinde pax, cujus symbolum est osculum, minime conveiebat, siquidem ut supra diximus, pax omnia in se coeli bona complectitur, adeo ut pax idem omnino sit, quod gloria Paradyfi; Imo si osculum illud, pacis signum, secum ad Infernum conduxisset, locus ille poearum, in Paradysum transformatus fuisset coelestium gaudiorum; Illa tormentorum abyffus, ubi mera discordia regnat, adveniente pace, ex improviso transmutata fuisset in perfectae beatitudinis coelum empyreum, ubi pax est. Deus ibi est, ac etiam Paradyssus inquit

Io. Viguer. de virt. char. c. 12. §. 2. v. 2.

Joannes Viguetius. Porro dum domus illa in qua maritum inter ejusque conjugem praevaleat discordia, verus sit infernus, illa vero in qua Pax benedicta triumphat, alter quidam sit Paradyssus, idipsum vobis dilecti Auditores dijudicandum relinquo, qui per experientiam ea super te melius ferre potestis iudicium: *Vbi rixa est bellum, ibi Diabolus est Infernus, scribit idemmet Viguetius.* Veruntamen nolo hodierna die quae specialis est dies laetitiae, vos quaequam conturbare. Quia potius ut pacem deinceps inviolabilem conservetis, velim ut adhuc majores illius admittimini praerogativas, ex ipsomet Pacis nomine deductas.

Faust. Tass. ser. 4. ad Heb. Apud Ric. Brixian. tom. 1.

14. Certissimum est, cuactas ad nominis aliquis compositionem concurrerent licetras significatum aliquod habere. Sic enim exempli causa, tria Jod in nomine DEI apud Chaldaeos, tres divinas significant personas Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, *Patachamee* autem essentiae unitatem. Imo in Alphabeto Hebraeo nulla est littera, quae suum non habeat significatum Aleph enim significat *Disciplinam*; Beth *Domum*, Ghimel *voctis plenitudinem*; Daleth, *Libros*; Heifia; *Vau*, *in ipsa*, *Zain* *Viris*; *Heth* *virgens*; *Te*, *h. Bonum*, *Jod* *Principium*, & sic consequenter de aliis discutere licet. Uade S. Pater meus Augustinus occasionem sumit, investigandi trium illarum litterarum significatum quae ad hujus nominis Pax compositionem ingrediuntur, dicitque primam litteram, scilicet P. significare *Patrem*, A significare *Filium*, qui proinde de semetipso ait:

Ego sum Alpha Tertiam veto, quae est X. & formatur ex duabus lineis conjunctis repulcentur spiritum sanctum, qui est Nexus amoris inter Patrem & Filium; Quod veto si Pax in eo quod dicitur, Pax est una dictio ex tribus literis conjunctis, quae S. Augustinus, ad significandum Trinitatem & unitatem in DEO, à quo Pax est scripta.

15. Cujus quidem confirmatio est reperitur apud S. Joannem à Salvatore nostro prolati verbis deducitur, quando Patrem suum aeternum pro discipulis suis orans, ita loquitur: *Pater sancte miserere eis in nomine tuo, quos dedi mihi, ut sint unum sicut & nos.* Quibus verbis Cardinalis Tolletus Christum de pace loqui existimat, super quam inret Apostolos suos vere stabilitam videre desiderat, *ut sint pacifici inter se.* Equid autem ex eo quod pacifici sint, securorum ex illius? *Non sint unum sicut & nos* Ubi Ly. sic ut notat Dionysius Carthusianus, *Non denotat omnimodam paritatem, sed aliquam assimilationem, secundum quod dicitur solet, omne simile est dissimile:* In quoniam vero hæc pacificorum cum sanctissima Trinitate similitudo consistit: *In Divinis sunt tres personae, & unica duntaxat essentia, sic & in humanis, ubicunque pax viget & flores, plures quidem reperuntur personae, illarum tamen omnium una est voluntas: ut sint unum unitate nature & voluntatis, sicut & nos in plurali proprie personarum pacificorum pluralitatem:* Adeoque multi in pace simul viventes vera quaedam sunt Sanctissimæ Trinitatis similitudo atque effigies. Idipsum S. Augustinus asserere voluisse existimo, quando dicit: *Ad hoc enim valet, quod ait: ut sint unum sicut & nos unum sumus, ut quoniam admodum Pater & Filius non tantum aequalitate substantiae, sed etiam voluntate unum sunt, ita & hi, inter quos & Deum mediator est Filius, non tantum per hoc quod ejusdem nature sunt, sed etiam per eandem dilectionis societatem unum sunt.*

16. Hac quoque ratione consolidari videtur egregia illa S. Gregorii Nazianzeni doctrina, qui opinatur, quod quisquis pacem amat, is quoque cum DEO unitus sit & confederatus: *Dei enim divinis sunt proximi, qui paci bonum amplius desiderant.* Et quod si mihi quid hac de re sciant, enuntiandum esset, dicere unum, Pacem unitate videri quendam esse respectu DEI magisterium. DEUS enim non potest, ut ita dicam, in loco esse praesens, ubi pax floret & viget. Pro consuetudine evidentiâ suppono, quod Pax fundata sit in unione cum excluditione discordiae: *Vera Pax est requies*



unitatem cum proximo sine discordia: vel  
 docet Doctor Angelicus S. Thomas: Pax in-  
 chelice concordiam, & ubique est Pax: ubi est con-  
 cordia. Quia facta suppositio ne nunc ad quendam  
 & Genesi desumptum Scriptura locum re-  
 ferunt. Nisi namque legimus, quod Jacob iustus  
 Huius Peris sui mandatis obtemperaturus, & pa-  
 tera domo descendens in Mesopotamia ad La-  
 ban Rebeccae matris suae fratrem, se receperit eo  
 cordio, ut ibidem sibi proposito suo per omnia  
 die transire noctem transire coactus est in  
 loco quodam prostratus ab hominibus deserto, ubi  
 nullus habitator aut incolata erat, ubi ne quidem  
 videri poterat Pastoris tugurium, in quod  
 proferendum lassum corpore, & dulci capiendo  
 somno divertere potuisset: ac proinde explicato  
 super terram pallio suo, lapidibusque nonnullis,  
 capiti suo suppositis in terram decumbere & sua-  
 verem dormire coepit: Dormivit in eodem loco. Di-  
 luctulo vero ad otium auctor e somno experge-  
 scit, inter suum proscutatus in pedes sese erigit,  
 circumque circumquaque circumspiciens, locum  
 quod in quo decubuerat fixè observat, & lapi-  
 des quos cervicalis loco capiti supposuerat,  
 patenter considerat, actandem veluti ex tot præ-  
 missis antecedentibus hæc subinfert conclusio-  
 nem: *Verè Dominus est in loco isto. & ego ne sciebã.*  
 Imò subiungit: *Non est hic aliud nisi domus Dei &*  
*porta caeli.* Quod huiusmodi loci in quo Jacob  
 dormiens quievit, accumulatur prærogativæ: Pa-  
 cis est etenim locus iste residentia Dei, do-  
 mus Dei, & porta caeli &c. Scire autem hoc loco  
 ortum quænam fuerit tantorum bonorum  
 loci huiusmodi causa, & unde Deus permotus fuerit,  
 ut hanc Jacobi datum lectum tot gratiis cæle-  
 stibusque favoribus honoraret. Num fortè id fa-  
 ctum est, quia terra illa Jacobo opus quoddam  
 multæcordiæ præstiterat, dum virum quietis e-  
 grum in suum suum confortandum & recre-  
 andum receperit? Nam verò pro huiusmodi difficul-  
 tatis intelligentia observandus singulariter ille  
 loquendi modus quo facit Chronista Moyses  
 hoc loco oritur, dum de lapidibus illis quos pe-  
 trologus Jacob capiti suo submisit, sermonem  
 additum. Quando enim serotino tempore lapi-  
 des illos collegit & loco cervicalis accommoda-  
 vit, in plurali loquitur affirmando multos fuisse.  
 Tunc de lapidibus, matutino vero diluculo ex-  
 pergefactus Jacob, ut facit Textus ait: *Tuli la-  
 pidem quem supposuerat capiti suo.* Ubi ut vides in  
 singulari loquitur, id quod multis disputandi oc-  
 casionem ministrat, si enim multi fuere lapides,  
 quomodo postea unicum tantum fuisse dicit?  
 Num fortè alii lapides se inde sub noctis crepus-  
 culum dormiente Jacob subduxerunt, veluti de-  
 dignantes ut homini cervicalis vice subferantur,  
 qui non eo sine, sed longè alio à Deo & terra  
 producti fuissent? Diuturno hic omnes, & soli il-  
 li quam Lyranus reddidit, libens adhæresco. Dicit  
 igitur Lyranus: *Dicunt Hebraei quod accepit*  
*tres lapides, & quando evigilavit, invenit, quod*  
*illi tres lapides facti sunt unus lapis.* Eadem quo-  
 que opinionem Tostatus tenet. *Tunc illi lapides*  
*propter sanctitatem Jacob certantes quis capiti eius*  
*directè supponeretur, in unum lapidem redierunt,*  
*& in aurora unus lapis apparuit.* Ecce igitur  
 nunc vobis in favorem sanctæ Pacis detectum &  
 manifestatum hic latens mysterium. Lapidem o-  
 nim inter se congregati & uniti fuerunt, ut ex  
 pluribus lapidibus facti sint unus idemque lapis,  
 atque idè quia hoc modo inter se concorditer  
 erant uniti, thronus quidam & residentia Pacis  
 facti fuisse videntur, siquidem ut supra diximus:  
*Vera Pax requirit unitatem sine discordia:* Unde  
 si animati fuissent vivi, non solum se concorditer  
 congregatos & unitos fuisse, verum etiam  
 pacem à se conservatam fuisse dicere potuissent.  
 Imò plus dicam, scilicet lapides illos verè anima-  
 tos fuisse & vivos, siquidem à seipsis, nullâ alienâ  
 interveniente operâ, ad hanc perficiendam unio-  
 nem sese moverunt taliter, ut unus duntaxat la-  
 pis esse viderentur, quis igitur Pacem inter illos  
 habitasse inficiari audebit? Itane Pax igitur inter  
 lapides quoque invenitur, meritò igitur Jacob  
 allecruit dicens: *Verè Dominus est in loco isto. Non*  
*est hic aliud nisi domus Dei, & porta caeli,* quia ubi  
 Pax est, ibi Deus, qui inter pacificos habitat, eo-  
 rumque domos in suam sibi residentiam eligit  
 vivendo enim in pace Paradisi & Dei portæ vi-  
 cini & proximi semper assistunt. Id quod San-  
 ctus Gregorius Nazianzenus ubi supra, in sinna-  
 re volebat, dum ait: *Deo & Divinis sunt proximi,*  
*qui pacis bonum amplecti videntur.*

17. Porro doctrinam hæc per aliam, quam  
 per ipsam et Filii Dei doctrinam authenticare  
 nolo, qui ait: *ubi sunt duo vel tres congregati in*  
*nomine meo, sibi sum in medio eorum;* ubi Christus  
 de illis loquitur, qui vivunt in pace, & sunt  
 spiritualiter & corporaliter uniti, inquit  
 Carthusianus, *videlicet in charitate &*  
*gratia:* sed quodnam inde in illos redunda-  
 davit bonum? *Ibi sum in medio eorum;* idque  
 sufficit,

Lyran. in  
Glos. ord.

Greg. Na.

supra.

Matth. 18;

Diomys.  
Carth.  
art. 32.

B b b b

PTI  
 dicab  
 26



sufficit, quod scilicet secum habeant omnium bonorum auctorem, plus enim (intensive) dici non potest. Ac proinde idemmet Dionysius aliquas illius beneficii exaggerationes in tantum insinuat dicens: *ibi sum in medio eorum, id est, inter eos, atque in cordibus singulorum per Spiritus sancti directionem, piam gubernationem, & precum illorum gratiosam exauditionem: Tales ergo Christus custodit, protegit, & illustrat.*

*Dion. ibid.*

18. Aliter se res habet cum Diabolo. Hic namque obscurus & acer tenebrarum Princeps Tyranni officium exercens, suam in pectus Saulis transfulerat residentiam, ubi crudelissimus factus carnifex, alias quam impietatis non promulgabat leges, suamque in contorquendis infelicis Regis illius visceribus evomebat rabiem: cor tamque afflicti huius Principis transformaverat in valium quoddam, unde ejus continuò infestabat & perturbabat quietem: seu potius in quoddam theatrum in quo dira & horribilis iniquitatis suae exhibebat spectaculum. Unde Rex ille à Diabolici huiusce futis agitur, quendam secum in corde gerere videbatur Infernum, vel saltem vivam quandam animati Inferni effigiem.

19. Saepenumero in interiori cordis sui persentiscibat quosdam sibi excessivi furoris accendi flammam, omnibusque animae suae potentis veluti in confuso quodam chaos sepulcis bonum à malo distinguere non poterat, negotia quoque à mente penitus evanescebant, suamque non nisi ad id quod nocivum est applicabat voluntatem. Nullum proferebat verbum, quod animi cujusdam desperati non esset iudicium, nullum formabat gressum, qui illum in praecipitia, si vicina fuissent, non proturbasset: inter noctis obscurae tenebras latrarem instar vagabundae oberrabant ejus cogitationes, nullum somnus ejus cum grata luce habebat commercium; animique turbationes omnem à cordis sui limitibus requiem proseripsierant.

20. Omnis laetitia quandam ei conciliabat molestiam animique moerorem; Et sicuti homini infirmo, qui depravatum habet gustum, ita quoque ei omnes dulcedines in amaritudinem videbantur converti. In solius Davidicae Citharae dulci plestro impotentis maligni illius Spiritus mollellis opportunum inveniebat remedium, hic enim ad tactum chordarum, dum ab ingeniosa musici citharae di manu suavissima formabatur harmonia, suum non solum deponebat fastidium, sed vires quoque suas contritas, suamque tyrannidem mortificatam experiebat; imò

veluti ramus quidam à vento valido desolatus & languescens ipse quoque multo hoc intermentis personante vicium se atque occidit contritum dedebat; vel etiam instar arvis nocturnae illucescentis die in turpem selesquam recedebat. Percussit David Citharam, & Spiritus malus recessit ab eo. Quasi Daemonium dicitur vellet, fugitivum incipio rettere tergum, quia voluntati mihi inimicam meam persequendo, quae voluti generosa bellatrix in studio acris circumstantis thorace se unionis vestit, erigit concordiae speculam, harmoniae scutum apprehendit, virtutis pacis, & harmonicis me clibus percutit, mensurarum tactibus sensibilibus tangit, legit chordis & fidibus, velocissimis meturgis hinc, nec non & clavibus suis in imo me Inferni bartho recludit, musicae quae vitam adest, mentem mihi admittit, & velut quaedam Paradisi porta ad Infernum reverti me cogit. Unde Cornelius Incognitus P. Michael de Argus Dominus Boscienensis ait: Spiritus maligni melodiis, canus non proximo spiritualis, odio habent propter concordiam in vocum, & ubi ipsa audita fuerit, fugiat.

21. Ac proinde merito alii dixerunt, ipsam omnium bonorum appellari pelle seminatorem. Pax seminatorem omnium bonorum. Sanctus quoque Augustinus animae illam comparat, à qua sicut omnes procedunt functiones humanae, ita quoque bona omnia derivantur à pace: Spiritus enim humanus sicut nunquam vivit nisi in pace, nisi fuerint uniti, sic Spiritus sanctus nunquam vivit nisi in pace uniti fuerint. Unde ipsemet DEI filius, qui fons est omnium bonorum peteonis, tam in Patris sui sinu, quam in utero matris suae Pacem secum habere voluit. Unde Bernardus: Filius à Patre processit, & venit in mundum, ut qui prius erat cogitatio pacis in corde Patris, fieret & ipse Pax in aere matris, volensque sibi ab Isaia Propheta Principis Pacis gloriosum titulum acclamari: Pater futuri saeculi, Princeps pacis.

22. Videor tamen mihi audire non ementem, qui in contrarium S. Matthaei opponat Evangelium, imò ipsammet Christi doctrinam, qui aperte proficitur, se non admittendum in certum pacem, sed ad bellum suscitandum in certum eum descendisse. Non venit pacem mittere, sed gladium; qui quo proinde mitteret quos hinc haecenus hoc meo discursu detestatus sum bellum, & pacem persuadere non dubitavit. Nunquid aliud iudex nuntiat, & aliud praesentat?

23. Argumentum istud à S. Joanne Chrysostomo.



ipsum quoque non sine pondere adducitur, qui  
 morari videtur, quod Filius Dei nunc Olivam pa-  
 cis lignum nobis adferat, mox vero gladium Mar-  
 tis instrumentum apprehendere suadeat: Non ve-  
 ni pacem in terram mittere: quomodo igitur paci-  
 em ad suscipiendum domos ingrederentur, pa-  
 cem omnibus daretur quomodo Angeli clamabant?  
 Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus  
 bonae voluntatis? Quomodo etiam omnes Prophetae  
 patrum populo tempore istius futuram praenuntia-  
 runt? Quae, inquam, ratione simul consistere po-  
 terunt, ut ac pax & nunc bellum, aut nunc bel-  
 lum, post pax. Respondeo igitur, hac adhibita di-  
 stinctione, & dico pacem duobus modis confide-  
 re posse: vel quantum se extendit ad concordiam,  
 quae est in bonum, vel ad concordiam, quae est in ma-  
 lum. Si primo modo consideretur pax, bona est &  
 sancta, de qua haec tenus in hoc discursu locuti su-  
 mus, quaeque a charitate veluti est radice sua nasci-  
 tur: si vero secundo modo intelligatur, scilicet  
 quoad concordiam quae est ad malum, qualis erat  
 illa cum in Babylonicam aedificatum, vel Dae-  
 moniorum in procurandam animarum damna-  
 tionem consecravit, vel etiam Hereticorum  
 filium oppugnantium, vel plurium aliorum in  
 perniciem proximi sui conspirantium, de hac  
 verba Christi intelligi debent, quibus ait: Non  
 veni pacem mittere sed gladium. Charitatis enim  
 opus est gladium & bellum in eos mittere, qui  
 in malo sunt concordēs, mediis tamen licitis per-  
 sistentem veritatis. Ad hanc pacem in mundo  
 habendam Filius Dei non venit, quia Diaboli-  
 ca est non Christiana aut Divina: Neque de hac  
 intelligendus est, quando Apostolus praecipit, ut  
 ceteri in domos eorum subintrarent, qui illos in  
 suis habitationibus charitativè recepissent: Dicite  
 pax bonis domini: nec hanc dedit Apostolus quando  
 hodie eis apparet dicit: Pax vobis.

2. Etiam Pax quae hodie inter homines reperitur  
 inchoat, ad secundam Pacis speciem pertinet, quia se  
 extendit ad concordiam quae est in malum. Ac proinde  
 Hieronimus Propheta dicebat: Pax, Pax, & non est Pax.  
 In mundo nulli praefer pacem venditatur, & tamen ne vel  
 minima pacis reliquiae: Est namque, verbi gratia,  
 Governator aliquis Civitatis, vel superior alicujus Re-  
 gionis, qui probe novit quoniam subditos suos con-  
 tinuè in scandalosè vivere, actiones indecentes tu-  
 que reprobas vel Christiano statui repugnantes commit-  
 tent, vel etiam hunc pauperum operationum mercedem  
 detrahente illam sensualitati suae dissolutè nimis fra-  
 ni hunc, etiam illam illam mercaturae & negotiatio-  
 nis utilitas ab usura & offensa Dei praecindere non va-  
 leat agitare: Superior autem qui manifestus & mitis  
 potius quam bonus & zelotus ab aliis haberi vult, id-

ipsum scienter permittit, claudit oculos, dissimulat,  
 non admonet, non reprehendit, aut castigat. Justitiam  
 postulat, honorem Dei pedibus suis subleat, tegit  
 malefactores & abscondit, reos defendit, fovet delin-  
 quentes, imo eisdem velut personas honoratas prote-  
 git, dum transgressionibus eorum velut opera meritoria  
 dilaudat, & amplectendo peiores, bonos conculcat, sub  
 praetextu quod illi, non hi sunt amici. Hic inquam  
 superior in pace consistit, omnes charos suos amicos ef-  
 se stimat, neminem vult offendere, nec ullius sibi vult  
 conciliare discordiam. De hac utique pace intelligen-  
 dus est Hieronimus Propheta dum ait: Pax pax: & non  
 est pax: non enim pax bona quaest ad bonum, sed potius  
 pax est diabolica. Hanc igitur eradicate & dissipare pro  
 viribus debemus, inter hos qui hac sunt pace confice-  
 derati immittendus & vibrandus est discors gladius:  
 Non est pax cum impiis, dicebat Iaias: Malorum namque  
 cum incanis amicis jungimur, culpis ligamur, inquit D. Gregor.  
 S. Gregorius Papa. Extraneo est juxta Dionysium Cat-  
 tholicum, quia pax est inordinata: Est igitur Pax non  
 est pax: & inordinata quae est concordia, sed consensus, vel  
 quietatio aliquorum in malo. Porro vera & bona pax  
 non debet contrariari virtuti, supradicta autem repu-  
 gnat rectitudini Iustitiae, superioris obligationi. Conci-  
 entia, Legi, Deo, & cui non dicitur proinde: Non est pax.  
 2. Nos qui sumus filii Dei adoptivi per fidem: & c. 10.  
 consequenter divitiarum ecclesiarum nostrae heredes.  
 Vni est enim Pater vester qui in caelis est, eius quoque  
 mentem adimplere debemus: ita namque lex nobis  
 mandat & praecipit: Filii hares estis servare vestra. Matth. 6:  
 mentum Patris, & solvere legata & onera hereditatis, si  
 velit habere hereditatem. Quidnam autem Salvator  
 Noster verus Deus, & verus homo testamento suo no-  
 bis reliquit: Pacem meam do vobis: pacem relinquo vo-  
 bis: Fallitur igitur qui quis hereditatem se habiturum  
 sperat, & testatoris tamen voluntatem non adimplet.  
 Et tamen plurimi sunt, qui oderunt pacem, & in dis-  
 cordiis vivunt, de illis loquitur discors gladius, quae in civita-  
 te quadam vigent inter parentes & cives quae familia-  
 rum caulant ruinas & excidia. De hisce Chrysostomus  
 timebat dicens: Non timeo externa bella, sed pugnam do-  
 mesticam. Quid mea refert si bellum aliquod in Fran-  
 cia Hispania, Flandria vel in Anglia exurgat? Non ti-  
 meo furiosum Gallum, non tardum & irresolutum  
 Hispanum, non generosum Germanum, non prudentem  
 Italum, sed pugnam domesticam. Veruntamen  
 discors hunc tandem cum Poeta concludamus di-  
 centes:  
 Nulla salus bello pacem te possumus omnes.  
 Virgil.

PARS SECUNDA.

26. Quidiana nos experientia docet, quod omnes  
 res mundi huius tandem finiuntur & termi-  
 num suum accipiunt. Finiuntur Divitiae dignitates, ho-  
 nores, gaudia, adyvetitates, fastidia, laetitia, labores, imo  
 & ipsamet hominis vita sua clauditur ultima periodo:  
 Conveniebat igitur, ut una cum Quadragesima, jejuniis,  
 & mortificationibus, nec quoque predicationes finem  
 suum assequerentur. Quales autem haec fuerint, mei id  
 labores dicere norunt: quae autem ratione vobis plas-  
 cuerint norum est vobis: An fructuose fuerint, vestris  
 id reservatum sit conscientis: Quod si in meo dicendi  
 modo aliquae observatae sint imperfectiones, earum  
 culpa

Handwritten notes in the right margin, including the word "Pax" and other illegible scribbles.

Virgil.



culpa talē mei attribuat debilitati, vestraque me  
 humanitas sperare jubet, eas mihi poena facile  
 condonanda esse: Quod si autē ex laboribus meis  
 ni aliquid nati est, ut totū attribuat Deo: *Quis  
 enim sufficientia nostra ex Deo est?* Libens interea  
 agnosco nec diffiteor floridum adeo auditorium,  
 quali ego haec tenus hoc in loco honoratus fui, im-  
 bellē non abiq; fastidio Oratorē auscultasse, qui ni-  
 mirum omnium illarum partium & qualitatum  
 inops sit & inanis, quae tū a loci hujus gravitate,  
 tū ab actionis dignitate postulantur, veritatem  
 securos vos quoq; esse velim, quod quicquid po-  
 tentiae intellectui defuit, voluntatis in vos semper  
 propensissimae abundantia suppleverit. Quod si  
 eiusculi mei brevitatis terminos excefferint de-  
 siderio id meo attribuendum est, quo prolixiori  
 tempore vobis loquendo animarum vestrarū spi-  
 rituali profectui & utilitati consultum esse volui;  
 praeterquam quod cum numerus auditorum (qui  
 verbū Dei audiendi cupiditate & devotione moti  
 hic convenerunt) adeo copiosus fuerit, ideo ut  
 quilibet illorū suam sibi ex sermone habito par-  
 tem vendicare & accipere possit, data operā & situ-  
 do sermones meos prolixiores esse volui, ne ullus  
 Auditorum meorum de me lamentandi occasio-  
 nem acciperet. In cunctis verō doctrinis & propo-  
 sitionibus toto hoc Quadragesimali tempore ex  
 hoc pulpito prolatis, me veluti Christianum (sicut  
 maximum peccatorem) eorum quorum interest  
 iudicio genū flexus submitto: Protestando solem-  
 niter quod omnia haec tenus dicta conformiter ad  
 sanctae Ecclesiae & Fidei catholicae dogmata & non  
 aliter intellecta esse velim: Gratias quoque vobis  
 infinitas refero, quod ex innata vobis devo-  
 tione & Christiani hominis obligatione vobis  
 persuadent permiseritis ut quotidie sacrū hoc  
 templū frequentaretis; Id quod magnū opere  
 me edificavit, sicut & haec tenus verbū Dei accu-  
 rate auscultatis, singularis attentio.

27. Tandē ex quo omni consolatione plenus à  
 vobis jam jam sum recessurus, ideo ne vos in hoc  
 sermone meo ultimo aliquo affectos fastidio di-  
 mittā, aliaq; vobis salutaria monita animarū ve-  
 strarū salutē spectantia post me relinqū. Lego i-  
 gitor, quod Graeci à Persarū Rege magnis cladi-  
 bus affecti, conspirarint, & ad mortē usq; adversus eū  
 conjunctis viribus praeliari & dimicare statuerint,  
 duplici tamen praemisso juramento; quorū primū  
 erat de Duce suo nequaquā deinceps deserendo:  
 secundū verō de eligenda potius morte, quā ut se  
 velut mancipia ejus manibus in servitutē perpetuo  
 dederent. Porrō damna nobis per peccatum  
 illata adeo ingentia sunt, ut pro eorundē reitau-  
 ratione necessū fuerit, ut ipsemet Dei Filius  
 tanta pateretur, atq; tot inter tormenta in aspero  
 crucis ligno amarissimā mortē subiret; justum  
 itaq; est ut nos omnes adversum peccata conspi-  
 remus, statim alique firmiter moti potius quam ejus  
 se servitus miserimo jugo subire. Praeterea militiae  
 quoque Ecclesiasticae milites sumus, qui sub erentae

crucis vexillo militamus. Dux autem & Capitaneus  
 ille Christus est; firmiter igitur daturus est propter  
 partes nunquam deinceps desedere, ut ipse qui sag-  
 nem pariter & vitam pro nobis prodedit. Et hoc qui-  
 dem monitum in genere omnibus deditur.  
 22. Juius autem do anulum quendam lapide  
 piofo qui *Desper* dicitur insignitur, hunc in hoc  
 per digito deferent. & ob oculos habebunt ut si sine  
 ex humana fragilitate aliqui sibi DEI effectum  
 charent, DEUM asperum & severum esse memo-  
 rint, ut pote qui ad peccatorum supplicium sermone  
 creatis, hac enim meditatione mediane beatitudi-  
 nem suam & DEI gratiam in animabus suis facilius conse-  
 vabunt. *fiensatio te provocat, DEUM asperum  
 vobis* autem alium confugio annulum pretioso ad-  
 mantis lapide decoratum, ut si se non nunquam per  
 stigationem Diabolicam in aliquo peccatum per-  
 lapsos esse meminerint, seque per hoc in longū mitem-  
 DEUM habere nostri adamantissimum & benignissimum,  
 qui non vult mortem peccatoris, sed ut *conver-  
 tur & vivat.* Nequaquam autem sicut *Judas & Cui*  
 desperent, quia misericordia Dei incompensabiliter ma-  
 jor est peccato commisso. Hunc quoque annulum  
 eodem S. Gregorio Thaumaturgo muruo accepit  
 ejus quoque nomine tibi & peccator liberaliter donat,  
 & moneo pariter, ut *Quando desipit te vocat,  
 DEUM amantem respicias.* Ecce igitur hoc est quod  
 tra paupertatis meae facultatem reperire potui, ut tibi  
 donatē, modicū hoc xpi bonique consulat, ut  
 paupertate donatoris supplicat benignius recipere.  
 29. Hic itaque sic te praemissis, me nemē à vobis  
 discessum diutius distem, tamen nec quod noverim,  
 nec quoad similitudinem, nec quoad vitam & conso-  
 lationem Angelus sim aut dici metar, idem tamen vobis  
 o Devotissima Roma tandem dicere cogor, quod cum  
 Angelus cum Jacob tota nocte luctatus dicitur ferat,  
 nimirum *Dimitte me iam enim ascendit aurora.* Tan-  
 dem enim aurora, id est, tempus diei illius illucis,  
 quo mihi à vobis recedendum & si non ad caelum, sal-  
 tem ad cellam meam redendum erit; Dimittite igitur  
 me & finite abire. Verum enim vero videtis nullū me  
 neminem ex vobis cum Jacobo replicentem reddere  
 sic verbis: *Non dimittam te nisi benedixeris mihi.* Et quod  
 dem non sine adoratione idipsum percipio, Ego enim  
 benedictionem vobis impetitia quoniam in vobis  
 redandate bona poterant ex benedictione peccatorum  
 gravissimi, quem unquam terre limas fastidit, aut  
 facies prospexit? O benignissime & in crucem cruci-  
 ter ad animatum nostratum Redemptor, tu quoque  
 hoc ligno ingens effudit sanguinis divitiam, effudit  
 nunc ex hoc pulpito super animas istas mentuam  
 nimum infinito pretio redemptas copiosissimum benedi-  
 ctionum & gratiarum usurum imbrem & pluviam. Tu  
 qui nobis daturus vitam inter dira tormenta quos de-  
 dignatus mori, largita tua benedictione vivifica spera-  
 stram, nostrisque coribus succenditatem impetio, ut  
 meritorem ac tandem saltem letis fructus proderent  
 valeamus. Ad hanc autem benedictionis efficaciam nos  
 simul personae divinae concurrant, Inter memore vo-  
 strae benedictae, Filius intellectus, Spiritus Sanctus ve-  
 lunant: *Benedicat vos omnipotens DEVS Pater, Filius &  
 Spiritus Sanctus, Amen.*

Paul.  
 Ares. de  
 tribul.  
 lecti 18. n.  
 31. f. 303.